The image shows the front cover of an antique book. The cover is decorated with a traditional marbled paper pattern, featuring overlapping, fan-like shapes in shades of red, blue, and yellow. A rectangular, aged paper label is pasted onto the center of the cover. The label contains a Latin inscription in black ink, detailing the book's provenance. The text is centered and reads: 'EX LIBRIS ILLUSTRISSIMI VIRI, DN. DAN. LUDOLPHI, LIB. BAR. de DANCKELMANN, S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII STATUS INTIMI, cetera, BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ TESTAMENTO RELICTIS.'

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATUS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.



D. ANDREÆ Rüdigers  
*DISSERTATIO*

ad

*LECTOREM*  
*PHILOSOPHIÆ SUÆ*  
*SYNTHETICÆ,*

de

*INTERPOLATIO-*  
*NIBUS*

&

*LITURIS*  
*DN. CENSORUM,*  
*OPUSCULO SUO ILLATIS.*



---

*Anno* M. DCC. VII.

D. ANDREW BRUNNEN  
D. H. J. K. A. T. I. O.

LECTORAM  
PHILOSOPHIAE SUE  
SYNTHETICAE

INTERPOLATIO  
MIBIS

LITURIS  
D. M. E. M. O. R. I. U. M.  
O. P. A. S. I. O. S. I. O. L. A. R. I. S.

---


.....







## LECTOR BENEVOLE.


 Emper ego mihi quidem per-  
 suasi, eos, quorum censura  
 libri edendi subjiuntur, jus  
 a Superioribus communica-  
 tum ulterius extendere haud  
 posse, quam ad *res Religioni aut Bonis mo-  
 ribus* contrarias: Unde etiam, utut probe  
 scirem, multa in hisce meis de *Sapientia, Ju-  
 stitia & Prudentia* Libris contineri, cum eo-  
 rum Præceptis plane planeque pugnancia,  
 eos tamen quin, cum imprimendi essent,  
 promptissime Dominis Censoribus exhibe-  
 rem, nullatenus hæsitavi; attamen ve-  
 ro ad stuporem usque miratus sum,  
 Physica mea Præcepta cum expressissima  
 hac subscriptione mihi reddi: Diese Phy-  
 sica kan in der Censur nicht passiret wer-  
 den. Intelligebam autem non multo  
 post, Dominum Censorem Definitionem  
 Spiritus ferre non posse, unde & ego sta-  
 tim, pacis à natura studiosus, promissi  
 eam omittere, dummodo in reliquis nihil  
 desideraretur. Reddidi ergo exemplar  
 cor.

correctum : at illud ipsum tamen frequens lituris & interpolationibus magno meo quidem cum dolore ad Typographum à Domino Censore rediit. Aliorum quidem exemplo, alibi imprimenda curare poteram hæc mea, aut si rixandi animus fuisset, Aulam humillime sollicitare, ut quandoquidem nihil suspecti in hisce meis thesibus contineretur, eas sine lituris & interpolationibus imprimi pateretur; nisi nescio quod innatum Superioribus, rigorosioribus quoque, parendi studium, mihi utrumque dissuasisset. Quid itaque facerem nescius, mox ut cum hisce interpolationibus imprimerentur, annui, mox iterum renui. Interpolationes enim hæc, uti cum aliis meis thesibus sat aperte pugnabant, ita si *Adversarius* cum tempore contra hanc meam Philosophiam insurgeret, quomodo concilianda essent interpolata cum meis, haud videbam: Præcipue cum quædam asserta Dominorum Censuræ talia essent, ut vel non intelligerem, vel si ea quoque mihi intelligere videbar, de his ipsis tamen, an intelligerem, non possem non dubitare, cum Contradictionem (quod dicunt) involuerent sat manifestam. Sic v. g. p. 152. Lit. m. Ego dixeram; *bruta cogi-*



*cogitare & velle admitti potest, ratiocinari tamen eadem negandum omnino: cui Dominus Censor hanc substituit: BRUTA UNUM EX ALTERO COLLIGERE admitti potest ratiocinari tamen &c.* Quomodo autem bruta unum ex altero possint colligere, ut tamen non ratiocinentur, illud ego quidem adhuc minus capio, ac quomodo lotrix indusium possit lavare, nec illud tamen madefacere. Hæc & alia hujus commatis, pro meis venditari ut paterer, nemo cordatorum, nisi mihi inimicus, suaserit. Huc accedebat sollicitudo, ( nec inanis sane, uti jam eventus docuit, si, quæ mihi his diebus narrata sunt, fidem merentur ) quod, si *vulgaretur fama*, multa præceptorum meorum à Dominis Censoribus fuisse expuncta; cum deleri nihil posse, nisi quod heterodoxum, aut scandali plenum sit, vel in vulgus pridem innotuerit, alterutrius vitii non poteram non hoc ipso sat aperte insimulari. Unde vel hæc prægnantissima erat ratio, aliud consilium ut caperem. In hoc rerum mearum articulo commodum succurrit, quicquid deletum aut interpolatum sit, patienter ferre, cæterum, dissertatiunculæ adjecta, de eo admonere lectorem.

Sed & sic verebar ne succenserent mihi Domini Censores, seque à me, destinato consilio, offendi putarent. At hoc tamen quoque dubii profligavit facile consideratio hæc, quod Domini Censores, si recte rem æstimare vellent, hoc meo scripto offendi nullatenus possent. Quodsi enim mea causa mala est, uti esse debet, (alias enim vanis & inanibus literis non debebant commaculare opusculum) honori plane singulari erit Iphis institutum meum; quippe quorum hoc modo patebit cura bonorum morum, ac orthodoxæ fidei: mea vera hinc manifestabitur si qua subest, Impietas & Malitia, duo Magna Mala! Bonæ ergo meæ intentionis certus, typographura literis *Versalibus minoribus* interpolata, à me sigillatim notata, imprimere iussi, & quæ de cætero expuncta fuerunt, ea omnia & singula bona fide ita recensere constitui, ut ne verbulum quidem scienter immutem vel dissimulem; idquod me religiose hic præstitisse *Deus* mihi testis est, & *conscientia* mea.

Sciendum vero hic est ante omnia, non omnes Philosophiæ Partes tam duræ expertas esse fata: sed cum, præter morem



rem quidem, & cum majoribus meis, cu-  
jus imprimitur suntibus, *disjunxissent* hoc  
opusculum, & singulis singulas Philoso-  
phiæ Partes distribuissent, factum est, ut  
magno meo commodo, *Logica, Jus Natu-  
ra, Ethica & Politica*, in Prudentissimo-  
rum juxta & Excellentissimorum Virorum  
manus inciderint, qui nodum in scirpo  
haud quærentes, nihil plane penitus in hi-  
cæ Disciplinis immutarunt.

Ad rem itaque ut tandem veniam,  
duo mihi det precor, quisquis hæc sine  
studio partium legerit: primo, ea omnia,  
quæ literis Versalibus minoribus in *Phy-  
sicis & Metaphysicis* videbit impressa, ea mi-  
hi ne imputet, sed quorum sunt, Domi-  
nis Censoribus: dein attento, imo acer-  
rimo, animo persequatur ea, quæ ex-  
puncta bona fide & religiose referam, ju-  
dicetque an aliquid bonis moribus & or-  
thodoxæ fidei adversum vel insit, vel in-  
de cum ratione ullo modo exsculpi  
possit.

Itaque p. 87. n. II. Def. I. r. post *do-  
ctrina qua*, ego dixerem, *probabiliter*, quod  
vocabulum Censura sustulit: quæ se-  
quuntur Versalibus minoribus, inserta  
sunt.

sunt, uti & quæ p. 88. n. IV. in Axiom.  
 ibid. in Axiom. 3. pro SCIENTIA, ego  
 dixeram, *Prudentia* ibid. Lit. f. pro PERI-  
 TIOR ego scripseram *prudentior*, ibid. l. h.  
 pro CIRCUMSPECTIOR (quod NB. sic  
 nec sensum habet Latinum,) ego, *Prudenter*.  
 p. 89. Confect. b. pro MATERIALIUM,  
 ego, *qua creata dicuntur*, ibid. post 70. pun-  
 ctum Mathematicum ego, *Spiritus in sensu*  
*vulgari* p. 92. pro, UT IN HOMINE, ego,  
*v. g. in formatione fetus, etiam in brutis*,  
 ibid pro HOMINI, ego, *quibusdam sub-*  
*stantiis* p. 102. pro CORPORIS, ego *Entis*,  
*creati*, ibid n. III. Divis, ego addideram:  
*Ratione Spiritus est Intellectio & Ratiocinatio*,  
 ibid. n. 2. pro ANIMÆ, ego *Spiritus*. ibid.  
 n. 4. pro ANIMA ego, *Spiritu*, ibid. n.  
 IV. Ax. pro CORPORA, ego *Entis Crea-*  
*ti*, ibid. Conf. b. ego, hæc præmiseram,  
*Dei motus activus nobis est incognitus, cense-*  
*rique secundum naturam hujus haud debet,*  
*unde & falsum est &c.* ibid. porro inser-  
 tum erat & hoc Confectar. *Motus Spiritu-*  
*rum secundum generalem motus naturam ju-*  
*dicari quoque debet.* p. 104. n. II. Defin.  
 pro RES NATURALES, ego, *ea quæ*  
*creata sunt* ibid. n. III. pro, TOTA CA-  
 PACITAS &c. ego, ita: *illud Deus est*  
 [mirum hoc rejici, cum ipsius scriptu-  
 ræ S. sit, dicentis, nos in Deo esse move-  
 ri



ri & vivere Act. XVII. v. 28. ] *hoc sunt  
Creatura.* Porro ego ita: 2. *Est vel cor-  
porale vel Incorporale: Illud dicitur Locus.* 3. *In-  
corporale debet subdividi in universale & Par-  
ticulare: Illud Deus est, hoc Spiritus, &  
utrumque vulgo audit vacuum in sensu agente.*  
ibid. n. IV. pro, *SPATIUM EST AF-  
FECTIO* &c. ego, *Spatium pertinet ad  
creata: alterum ibi addideram axioma.*  
2. *Incorporale. Spatium vel Deus est vel Spiri-  
tus.* p. 105. n. IV. Ax. 3. *PARTIALES,*  
insertum, p. 109. in titulo, *Verò dele-  
tum* fuit ibid. n. II. pro interpolata pa-  
renthesi, ego *probabiliter* ibid. n. III. ego  
addideram, *et si illud haud dixerim, quod his  
præcise planetis debeant constare omnia* n. IV.  
iterum inserta literæ indicant ibid. n. V.  
a pro, *UT CONVENIENS, COGITEMUS*  
[id quod, quid sibi velit ego, nescio] ego,  
*est convenientissimum.* p. 112. pro *EX NO-  
STRA HYPOTHESI, ego ex Capernicano,*  
(scil. Systemate) p. 114. pro *FRUSTRA*  
*FINGITUR,* ego, *non Verò videtur simile.*  
p. 118. pro, *QUI FINGERE AUDENT,*  
ego, *si fas est concipere,* ibid. pro *CRE-  
DUNT,* ego, *crediderim,* pro *VIDERI,*  
ego, *visum iri* ibid. n. II. Literæ indicant  
adjecta p. 119. n. V. Lit. d. pro, *NON*  
*SUBSISTIT,* ego, *falsum est.* Nunc  
X 5 magno

magno intervallo in lituris & interpolationibus libera sunt Theses meæ usque ad. p. 151. ubi n. II. pro ACTIVUM, ego *Spirituale*, pro PERCIPIT, ego, *cogitat* ibid. n. III. pro SENTIENS, ego, *Cogitans*, pro PERCEPTIONE ego *Conceptio- ne* n. IV. pro SENTIT, ego *cogitat* ibid. n. 2. pro SENTIENDI ego *ratiocinandi* p. 152. n. V. post b, ego dixeram: *Anima sensibilis male vulgo opponitur cogitanti.* ibid. Lit. h. pro INFERTUR, ego, *valde est probabile* Lit. l. ego, *non nisi gradualiter*, inferueram Lit. m. pro UNUM EX ALTERO COLLIGERE, ego, *cogitare & velle* p. 153. pro OPUSCULO, ego, *Capite.*

In Metaphyf.

P. 157. n. II. pro, CITRA HUMANA- NAM COGITATIONEM EXISTIT, ego, *sensui humano est manifestum.* (NB. hanc Entis Definitionem jam Anno 1700, à me in Disput. de Ufu & Abusu terminorum assertam, Beatus Dominus Lic. Gunther Heshusius, accuratus, si quis alias, Philosophus ac Theologus, approbavit) ibid. Conf. b. post n. VI. post punctum Mathematicum, ego, *Spiritus.* ibid. post hæc verba, sed distinctio est obscura, ego, adjeceram, & *nullius usus* p. 164. n. VI. I.



re EXTENSA insertum. p. 181. l. i inserta literis indicantur, ibid post k ego dixeram, unde falsum est, dari res suapte Natura turpes aut honestas p. 183. Lit. d. pro, OB SIBI PERSPECTAS &c. ego, forte propter tantillum malum, Natura contra ire, non sit, ut ita dicam, opera pretium. Et hæc sunt, propter quæ tot lituras & interpolationes passum est hoc meum scriptum, quæ omnia cordatorum iudicio submitto. Cæterum vitia typographica pauciora, æqui bonique consuler, spero, Lector.

**U**Nicum consideratione dignum quod negligentia describentis irrepsit. 114. Conclusiones ex altero Axiomate Cap. II, defunt, quæ una cum Scholio ita supplebis:

Ax. 2. [i.] E. Aqua marina erit falsa

k. E. Quo eadem Polis est propior, eo magis est falsa.

l. E. Aqua Oceani forte sub initium creationis non statim fuit falsa.

m. E. Falsum est falsedinem maris esse particulis salinis mineralibus.

n, Un.

n. Unde etiam destillatione non potest  
edulcari.

VI. Schol. Maxime paradoxon vide-  
debitur nonnullis illud, quod terram à  
levissimo quoque motu impelli Confect.  
a. aserimus. Sed fluit hoc assertum ex  
eo, quod Terra in se plane non sit gravis,  
adeoque non possit non cuius motui  
obsequi.

F I N I S.













9/11



Fa 2015

ULB Halle

3

001 953 168



*[Handwritten mark]*














B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

D. ANDREÆ Rüdigers  
 DISSERTATIO  
 ad  
 LECTOREM  
 PHILOSOPHIÆ SUÆ  
 SYNTHETICÆ,  
 de  
 INTERPOLATIO-  
 NIBUS  
 &  
 LITURIS  
 DN. CENSORUM,  
 OPUSCULO SUO ILLATIS.



Anno M. DCC. VII.